



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 303. De traditione Billingi in villa Sashelmeshus in pago Bardengo pro  
fratre suo Brundhardo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

## §. 302.

Tradidit bernhardus pro patre suo unichardo et matre sua uueldrud unam familiam in *assapa* et quidquid habuit illuc et aliam in *billugesbusen* (B) et duo mancipia hrien et hathumer.

et gubernante Corbeiam Go-  
defcalco.

## §. 303.

Tradidit *billig* pro fratre suo *brunbardo* unam familiam in *sashelmes-*  
*hus* (C) et XXX. iugera.

## §. 304.

(B) In nostro Registro sequuntur haec verba, *in Assapa et in Billugesbusen in pago De villis Logne continentur quatuor familie cum tribus manif.* In quibus verbis dubium *Assapa* et relinquitur, an villa *Assapa* ad pagum *Logne* quoque pertinuerit. Id si ita esset, *Billuges-*  
vti perhibeo quis posset, intelligere vellemus locum *Espel* seu *Espold* in præfe-  
tura Usler intra principatum Göttingensem. Quia autem vicus quidam *Espel*,  
qui in documentis nostris appellatur *Aspe*, spectauit ad dynastiam Defenberg,  
dubitamus, an hic, an ille vicus sit intelligendus, cum certum sit, progenito-  
res Northeimensium comitum in pago Hessi Saxonico etiam bona quedam pos-  
sedisse. *Billugesbusen* vero circa controvrsiam ad pagum *Logne* pertinuit.  
Non alias vicus indicatur, nisi *Billgesbusen* in principatu Göttingensi intra dyna-  
stiam Hardenberg situs, in qua etiam flumen quoddam dictum die *Espel* exstat.  
Quidquid autem huius rei sit, siue intelligarur *Espel* in principatu Göttingensi,  
siue *Espel* in dynastia Defenberg in episcopatu Paderbornensi, certum tamen  
est, *Bernhardum* ad progenitores Northeimensium et Dasselensium comitum  
spectasse, id quod ex villa *Billugesbusen*, *in pago Logne* posita, omnino appetat.  
Hinc etiam supra §. 104 not. (l) cum huic stirpi adscriptissimus, atque in eo nos  
neutiquam errasse putamus. De eius patre *Wichardo* quæ significauimus, hic sunt  
conferenda.

(C) *Sashelmesbus* villa erat, Registro nostro testante, *in pago Bardengo*, quem in *De villa*  
Principatu Luneburgico quondam exstisit eruditorum negat nullus. Cense-  
mus ergo intelligi vicum *Solhusen*, in præfectura Winfen ad fluuium dictum  
die Luhe, in Luneburgico Principatu situm. Quis igitur alius esse poterit *Bil-*  
*lingus* noster, nisi *Billing* pater celebratissimi Saxonie ducis *Herimanni*, quem  
omnes in ducatu Luneburgico bona hereditaria possedisse profitentur. Arbitra-  
musr autem, *Billingum* eadem bona haec tradidisse pro fratre suo *Brunbardo*, cum  
hic sub abbatte nostro *Godescalco* monasterium Corbeiense intraret, Deo in ha-  
bitu monachico militatus, vti membranæ nostræ ostendunt. Cumque idem  
*Brunbardus* vitam cum morte commutaret, alter eius frater *Siboda*, qui appellatur  
filius *Amalungi*, pro anima eius rursus quedam in Principatu Luneburgico  
dedit, vti infra videbimus. Quæ omnia tam plana et perspicua sunt, vt nemo  
sanæ mentis negare possit, sermonem hic esse de patre et patruis Saxonie ducis  
*Herimanni*. Quantum itaque debent Billingani domini Corbeiensibus nostris!  
Hi enim soli illis æternitatem immortalitatemque dederunt. Neque his dictis  
chronologia repugnat. Cum enim nobilissimus noster *Brunbardus*, relictis omni  
hereditate, pompa et deliciis mundi, asperiorem sibi eligeret vitam, et cultum  
Dei omnibus blandimentis orbis terrarum præferret, domi rerum abundans,  
procul dubio adhuc vigebat iuuenilibus annis. Atque ex eo fit palam, etiam  
*Billingum* nostrum eo tempore adhuc ætaris flore viruisse. Cum itaque eius  
filius natu minimus, dux Saxonie *Herimannus*, obierit anno 973, nemo non vi-  
det, nostrum *Billingum*, qui circa finem seculi IX. circiter habebat annum æta-  
tis XVII, *Herimanni* patrem non esse non potuisse. Cumque *Billingus* anno  
967 animam creatori reddiderit, Chronico nostro coætaneo teste, habuerit ille  
eo tempore circiter annum ætatis LXXXIV necessarium est.

(D) Villa

PH